


Laibacher Diöcesanblatt.



Inhalt: 58. Papae Leonis XIII. epistola encyclica de Rosario Mariali. — 59. Decretum generale circa occursum et concursum festorum secundariorum cum festis primariis eorum repositionem. — 60. Berechnung der Congrua bei der Bauconcurrenzpflicht. — 61. Verordnung des Finanzministeriums vom 4. August 1893, betreffend die Gebührenpflicht von Urkunden, mit welchen das Pfandrecht an unbeweglichen Sachen bei unverändertem Fortbestande der Pfandsforderung theilweise aufgelassen wird. — 62. Mäthigkeitsverein. — 63. Einladung zur Einsendung der periodischen Eingaben und anderer Ausweise. — 64. Concurs-Verlautbarung. — 65. Chronik der Diözese.



58.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis Primatibus Archiepiscopis et Episcopis aliisque locorum
Ordinariis pacem et communionem cum Apostolica Sede habentibus

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam benedictionem.

Laetitiae sanctae, quam Nobis annus quinquagesimus ab episcopali consecratione feliciter plenus adduxit, pergrata nimirum ex eo fuit accessio, quod omnes, per universitatem catholicarum gentium, non secus ac filios pater, consortes habuerimus, fidei et amoris significatione pulcherrima. In quo nova semper cum gratia agnoscimus et praedicamus Dei providentis consilium et summe in Nosmetipsos benevolum et Ecclesiae suae haud leviter profuturum; neque minus avet animus, eiusdem beneficii optimam apud Deum conciliatricem, Matrem eius augustam, salutare laudibus et efferre. Huius quippe eximia caritas, quam diuturno varioque aetatis spatio sensimus Ipsius multis modis praesentem, praesentior in dies ante oculos fulget, atque animum suavissime afficiens, fiduciā non humana confirmat. Caelestis Reginae vox ipsa exaudiri videtur, Nos benigne tum erigentis in asperrimis Ecclesiae temporibus, tum consilii copiā ad instituta communis salutis proposita adiuvantis, tum etiam admonentis ut pietatem omnemque virtutis cultum in christiano po-

pulo excitemus. Talibus respondere optatis iam pluries antehac incundum Nobis sanctumque fuit. In fructibus autem qui hortationes Nostras, ipsa auspicie, sunt consecuti, dignum est quod commoremus, per ampla religioni sacratissimi eius *Rosarii* allata esse incrementa; hanc in rem sodalitiis quoque piorum qua auctis qua constitutis, scriptis doce opportuneque in vulgus editis, ipsis elegantiorum artium nobilissimis ornamentis inductis. — Nunc vero perinde ac si eamdem studiosissimae Matris excipiamus vocem, qua urgeat, *Clama, ne cesses,* rursus de mariali Rosario vos alloqui libet, Venerabiles Fratres, appetente octobri; quem mensem esse ei devotum, acceptissimo eiusdem Rosarii ritu, censuimus, tributis sacrae indulgentiae praemiis. Oratio tamen Nostra non eo proxime spectabit ut addamus, vel laudem precatio- ni ex se praestantissimae, vel fidelibus stimulos ad eam sanctiore usu colendam; verum de non nullis dicemus lectissimis bonis, quae inde hauriri possunt, temporum et hominum rationi maxime opportunis. Sic enim Nobis persuasissimum est,

religionem Rosarii, si tam rite colatur, ut vim insitam virtutemque proferat suam, utilitates, non singulis modo, sed omni etiam reipublicae esse maximas paritaram.

Nemo est quem fugiat, quantum Nos, pro supremi Apostolatus munere ad civile bonum conferre studuerimus, ac porro parati simus, sic Deus adsit, conferre. Nam, qui imperio potiantur, eos saepe monuimus, ne perferant leges per easque agant, nisi ad normam aequissimam divinae Mentis; cives autem, qui ceteris, sive ingenio, sive partis meritis, sive nobilitate fortunisque antecellant, crebro adhortati sumus ut consiliis collatis et viribus, res maximas potissimasque civitatis tueantur et provehant. — Sed vero nimis multa sunt, quibus, ut modo est civilis consociatio, publicae disciplinae vincula infirmentur, atque populi a iusta morum honestate persequenda abducantur. Iam Nobis tria praecipue videntur teterrima in communis boni perniciem: ea sunt, *modestiae vitae et actuosa fastidium; horror patiendi; futurorum, quae speramus, oblivio.*

Querimur Nos, ipsique fatentur ultro ac dolent qui omnia revocant ad naturae lumen et utilitatem, vulnus humanae societati, idque vehemens, ex eo infligi, quod officia virtutesque negliguntur, quae genus vitae exornant tenue et commune. Hinc enimvero, in domestica consuetudine debitam naturam obedientiam a liberis detrectari proterve, omnis impatientibus disciplinae, nisi si quae est voluptaria et mollis. Hinc opifices suis se artibus removere, defugere labores, nec sorte contentos, altiora suspicere, improvidam quandam expertentes aequationem bonorum; similia multorum studia, ut, natali rure relicto, urbium rumores capiant effusasque illecebras. Hinc inter ordines civitatum aequilibritas nulla; nutare omnia, animos simultatibus invidiaque torqueri, ius conculcari palam, eos denique, qui spe sint falsi, per seditionem et turbas publicam tentare pacem, iisque obsistere quorum est illam tutari. — Contra haec curatio petatur a Rosario mariali, quod simul certo precum ordine constat et pia mysteriorum Christi Servatoris et Matris commentatione. Nempe *gaudiorum mysteria* probe et ad vulgus enarrentur,

ac, veluti picturae quaedam imaginesque virtutum, in oculis hominum constituantur: perspicet quisque, quam ampla inde quamque facilis, ad vitam honeste componendam, offeratur documentorum copia, mira nimos suavitate allicientium. — Observatur Nazarethana domus, terrestre illud divinumque sanctimoniae domicilium. Quantum in ea quotidiana consuetudinis exemplar! quae societatis domesticae omnino perfecta species! Simplicitas ibi morum et candor; animorum perpetua consensio; nulla ordinis perturbatio; observantia mutua; amor denique, non ille fucatus et mendax, sed qui officiorum assiduitate integre vigens, vel oculos intuentium rapiat. Illic datur quidem studium ea parando quae suppeditent ad victum et cultum; id vero *in sudore vultus*, et ut ab eis, qui, parvo contenti, potius agant ut minus egeant, quam ut plus habeant. Super haec omnia, summa tranquillitas mentis, par animi laetitia; quae duo recte factorum conscientiam nunquam non comitantur. — Quarum exempla virtutum, modestiae nimirum ac demissionis, laborum tolerantiae et in alios benevolentiae, diligentiae tenuum officiorum quae sunt in quotidiana vita, cetera demum exempla, simul atque concipientur sensim animis alteque insideant, sensim profecto in eis optata consiliorum morumque mutatio eveniet. Tum sua cuique munera, nequaquam despектa erunt et molesta, sed grata potius et delectabilia: atque, iucunditate quadam aspersa, enixius ad probe agendum conscientia officii valebit. Ex eo mores in omnes partes mitescunt; domestica convictio in amore et deliciis erit; usus cum ceteris plus multo habebit sincerae observantiae et caritatis. Quae quidem, ex homine singulari, si late in familias, in civitates, in universum quempiam populum traducantur, ut ad haec instituta moderentur vitam; quanta inde reipublicae emolumenta sint obvenientia, apertum est.

Alterum, sane funestissimum, in quo deplorandeo nimii nunquam simus, eo quia latius in dies deteriusque inficiat animos, illud est, recusare dolorem, adversa et dura acriter propulsare. Pars enim hominum maxima tranquillam animorum

libertatem non iam sic habent, ut oportet, tamquam praemium iis propositum qui virtutis fungantur munere, ad pericula ad labores invicti: sed commentitiam quandam civitatis perfectionem cogitant, in qua, omni ingrata re submota, cumulata sit delectationum huius vitae complexio. Porro ex tam acri effrenataque beate vivendi libidine proclive est ut ingenia labefactentur; quae, si non penitus excidunt, at enervantur tamen, ut vitae malis abiecte cedant miserabiliterque succumbant.

— In hoc etiam discrimine, plurimum quidem opis ad spiritus roborandos (tanta exempli auctoritas est) ex mariali Rosario expectari licet; si *dolentia*, quae vocantur, *mysteria*, vel a primis puerorum aetatulis, ac deinceps assidue, tacita suavique contemplatione versentur. Videmus per ea Christum, *auctorem et consummatorem Fidei nostrae, coepisse facere et docere*; ut, quae genus nostrum de laborum dolorumque perpessione docuisset, eorum in ipso exempla peteremus, et ita quidem ut, quaecumque difficiliora perpessu sunt, ea sibi ipse toleranda magna voluntate susceperit. Maestitia videmus confectum, usque eo ut sanguine totis artibus, veluti sudore, manaret. Videmus vinculis, latronum more, constrictum; iudicium pessimum subeuntem: diris, contumeliis, falsis criminibus impeditum. Videmus flagellis caesum; spinis coronatum; suffixum cruci; indignum habitum qui diu viveret, dignum qui succlamante turba periret. Ad haec, Parentis sanctissimae aegritudinem reputamus, cuius *animam doloris gladius*, non attigit modo, sed *pertransivit*, ut mater dolorum compellaretur et esset. — Virtutis tantae specimina qui crebra cogitatione, non modo oculis, contempletur, quantum ille profecto calebit animo ad imitandum! Esto ei quidem *maledicta tellus et spinas germinet ac tribulos*, mens aerumnis prematur, morbis urgeatur corpus; nullum erit, sive hominum invidia, sive ira daemonum, inventum malum, nullus publicae privataeque calamitatis casus, quae non ille evincat tolerando. Hinc illud recte, *Facere et pati fortia christianum est*; christianus etenim, qui cumque habeatur merito, Christum patientem non subsequi nequaquam potest. Patientiam autem dici-

mus, non inanem animi ostentationem ad dolorem obdurecentis, quae quorundam fuit veterum philosophorum; sed quae, exemplum ab illo transferens *qui, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta* (Hebr. XII, 2), ab ipsoque opportuna gratiae exposcens auxilia, perpeti aspera nihil renuat atque etiam gestiat, perpessionemque, quantacumque ea fuerit, in lucris ponat. Habuit catholicum nomen, ac sane habet, doctrinae huius discipulos praeclarissimos, complures ubique ex omni ordine viros et feminas, qui, per vestigia Christi Domini, iniurias acerbitatesque omnes pro virtute et religione subirent, illud Didymi, re magis quam dicto, usurpantes: *Eamus et nos, et moriamur cum eo* (Ioann. XI, 16). — Quae insignis constantiae facta etiam atque etiam multiplicentur splendide, unde praesidium civitati, Ecclesiae virtus augescat et gloria!

Tertium malorum caput, cui quaerenda est medicina, in hominibus maxime appareat aetatis nostrae. Homines enim superiorum temporum, si quidem terrestria, vel vitiosius, adamabant, fere tamen non penitus aspernabantur caelestia: ipsi ethnicorum prudentiores, hanc nobis vitam hospitium esse, non domum, commorandi diversorum, non habitandi, datum docuerunt. Qui nunc vero sunt homines, etsi christiana lege instituti, fluxa praesentis aevi bona plerique sic consequantur, ut potiorem patriam in aevi sempiterni beatitate, non memoria solum elabi, sed extinctam prorsus ac deletam per summum dedecus velint; frustra commonente Paullo: *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus* (Hebr. XIII, 14). Cuius rei explorantibus causas, illud in primis occurrit, quod multis persuasum sit, cogitatione futurorum caritatem dirimi patriae terrestris reique publicae prosperitatem convelli: quo nihil profecto odiosius, ineptius nihil. Etenim non ea sperandarum natura est rerum, quae mentes hominum sibi sic vindicent, ut eas a cura omnino avertant praesentium bonorum; quando et Christus regnum Dei edixit quaerendum, primum id quidem, at non ut cetera praeteriremus. Nam usura praesentium rerum, quaeque inde honestae

habentur delectationes, si virtutibus vel augendis vel remunerandis adiumento sunt; item, si splendor et cultus terrenae civitatis, ex quo mortalium consociatio magnifice illustratur, splendorem et cultum imitatur civitatis caelestis; nihil est quod rationis participes dedebeat, nihil quod consiliis aduersetur divinis. Auctor est enim naturae Deus idemque gratiae; non ut altera alteri officiat atque inter se digladiantur, sed ut amico quodam foedere coeant, ut nempe, utraque duce, immortalem illam beatitatem, ad quam mortales nati summus, faciliore veluti via, aliquando contingamus. — At vero homines voluptarii, sese unice amantes, qui cogitationes suas omnes in res caducas humiliter abiiciunt, ut se tollere altius nequeant, ii, potius quam a bonis quibus fruantur aspectabilibus aeterna appetant, ipsum plane amittunt aeternitatis aspectum, ad conditionem prolapsi indignissimam. Neque enim divinum Numen graviore ulla poena multare hominem possit, quam quum illum blandimenta voluptatum, bonorum sempiternorum immorem, omni vita consecrari permiserit. — A quo tamen periculo ille profecto aberit qui, pietate Rosarii usus, quae in illo proponuntur *a gloria mysteria*, attenta repetet frequentique memoria. Mysteria etenim ea sunt, in quibus clarissimum christianis mentibus praefertur lumen ad suscipienda bona, quae, etsi obtutum oculorum effugiunt, sed certa tenemus fide praeparasse Deum *diligentibus* se. Docemur inde, mortem, non integrum esse omnia tollentem atque delentem, sed migrationem commutationemque vitae. Docemur, omnibus in caelum cursum patere; quumque illo Christum cernimus remeantem, reminiscimur felix eius promissum: *Vado parare vobis locum*. Docemur, forre tempus, quum *absterget Deus omnem lacrimam ab oculis nostris*, et neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra; sed semper cum Domino erimus, similes Dei, quoniam videbimus eum sicuti est; poti torrente voluptatis eius, Sanctorum cives, in magnae Regiae et Matris beatissima communione. — Haec autem considerantem animum inflammari necesse est, atque tum illud iterare Viri sanctissimi: *Quam sordet tellus, dum*

caelum aspicio! tum eo uti solatio, quod *momen-taneum et leve tribulationis nostrae aeternum gloriae pondus operatur in nobis*. Enimvero una haec est ratio praesentis temporis cum aeterno, terrestris civitatis cum caelesti apte iungendae; hac una educuntur fortis animi et excelsi. Qui quidem, si magno numero censeantur, dignitas et amplitudo stabit civitatis; florebunt quae vera, quae bona, quae pulchra sunt, ad normam illam expressa quae omnis veritatis, bonitatis, puleritudinis summum est principium et fons perennis.

Iam videant omnes, quod principio posuimus, quarum sit utilitatum fecunda marialis Rosarii virtus, et quam mirifice possit ad temporum sananda mala, ad gravissima civitatis damna prohibenda. — Istam vero virtutem, ut facile cognitu est, illi praecipue uberiusque percepturi erunt qui cooptati in sacra Rosarii Sodalitia, peculiari et inter se fraternali coniunctione et erga sanctissimam Virginem obsequio prae ceteris commendantur. Haec enim Sodalitia, auctoritate romanorum Pontificum comprobata, ab eisque donata privilegiis et muneribus indulgentiae, suo palam ordine ac magisterio reguntur, conventus statim habent temporibus, praesidiis optimis instruuntur quibus sancte vigeant et ad commoda etiam societatis humanae conducant. Haec sunt veluti agmina et acies, praelia Christi per sacratissima eius mysteria pugnantes, auspice et duce Regina caelesti: quorum illa supplicationibus, ritibus, pompis quam adsit propitia, praecclare omni tempore patuit, magnifice ad Echinadas. — Magno igitur studio in talibus Sodalitiis condendis, amplificandis, moderandis par est contendere et eniti, non unos iniquimus alumnos Dominici Patris, quamquam illi ex disciplina sua debent summopere, sed quotquot praeterea sunt animarum curatores, in sacris praesertim aedibus ubi illa iam habentur legitime instituta. Atque etiam Nobis maxime in votis est, ut qui sacras expeditiones ad Christi doctrinam, vel inter barbaras gentes invehendam vel apud excultas confirmandam obeunt, hac item in re elaborent. Ipsi omnibus hortatoribus, minime dubitamus, quin multi e Christifidelibus animo ala-

eres futuri sint, qui tum eidem Sodalitati dent nomen, tum eximie studeant bona intima, quae exposuimus, assequi, illa nimur quibus ratio et quodammodo res Rosarii continetur. Ab exemplo autem Sodalium maior quaedam reverentia et pietas erga ipsum Rosarii cultum ad ceteros manabit fideles: qui ita excitati, ampliores impendent curas ut quod Nobis desideratissimum est, eorumdem salutarium bonorum copiam abunde participant.

Haec Nobis igitur praelucet spes, hac ducimur atque in tantis reipublicae damnis valde recreamur: quae ut plena succedat, ipsa exorata efficiat Rosarii inventrix et magistra. Dei et ho-

minum Mater, Maria. Fore autem vestra omnium opera, Venerabiles Fratres, confidimus, ut documenta et vota Nostra ad familiarum prosperitatem, ad pacem populorum et omne bonum eveniant. Interea divinorum munerum auspicem ac benevolentiae Nostrae testem, vobis singulis et clero populoque vestro Apostolicam benedictionem permanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 8. Septembris anno MDCCXCIII, pontificatus Nostri sextodecimo.

LEO PP. XIII.

59.

S. Rituum Congregationis Decretum generale

quoad praeminentiam inter festa primaria et secundaria ejusdem ritus.

Jamdudum apud viros sacrae liturgiae peritos quaestio agebatur gravissimi sane momenti quoad praeminentiam inter festa primaria et secundaria ejusdem ritus. Verum hac controversia nondum composita, identidem Sacra Rituum Congregatio peculiaribus in casibus responsa dedit, ac plura particularia edidit Decreta, quin umquam rem per generale Decretum definiret. Quum vero hisce postremis temporibus in eiusmodi quaestione maxima esset discrepantia ex multiplice atque opposita penes scriptores sacrae liturgiae Rubricarum interpretatione; necessarium duxit Apostolica Sedes unicam tandem normam statuere, quae ubique et ab omnibus, praesertim in ordine divini Officii uniformiter redigendo, servaretur. Quocirca Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII. commisit R. P. D. Augustino Caprara, S. Fidei Promotori, ut votum *ex officio* exararet, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis discutiendum; posteaquam diversae ea de re a viris in Rubricarum scientia peritis fuerunt sententiae, elucubrationibus multa eruditione exornatis.

Quibus omnibus prelo eius, communicatisque una cum voto praefati S. Fidei Promotoris, in ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu, subsignata die ad Vaticanum coadunato, a me infrascripto Cardinali, eidem Sacrae Congregationi Praefecto et Relatore, sequens Dubium propositum fuit, videlicet: „An et quomodo festa secundaria Domini, B. Mariae Virg., Angelorum, Ss. Apostolorum, aliorumque Sanctorum preferenda sint festis primariis ejusdem ritus et classis, sed minoris dignitatis, tam in occurso, quam in concursu, et in eorumdem repositione?“

Itaque Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, mature perpensis rationibus tum a memoratis viris, tum a R. P. D. Promotore S. Fidei adductis, ita rescribendum censuerunt: „In voto R. P. D. Promotoris Fidei, nimur: Festa primaria, utpote solemniora, aliis secundariis in casu preferenda esse tam in occurso quam in consursu, ad formam Rubricae X. de Translatione festorum n. 6. Quod si eadem festa transferri contingat, in illorum repositione servetur

ordo praescriptus in memorata Rubrica n. 7.; et fiat catalogus festorum, quae uti primaria, vel secundaria retinenda sunt." Die 27. Junii 1893.

Demum his omnibus Sanctissimo eidem Domino Nostro relatis per me ipsum infrascriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua sententiam ejusdem Sacrae Congregationis ratam habuit, et confirmavit, jussitque ita, et non aliter Rubricarum

praescripta hac in re esse interpretanda: Rescripta seu Decreta, tum generalia tum particularia, in contrarium facientia supra auctoritate sua penitus abrogando. Die 2. Julii, anno eodem.

C. Card. Aloisi Masella, S. R. C. Praef.

Loco  Sigilli.

Vincentius Nussi, Secret.

60.

Berechnung der Congrua bei der Bauconcurrenzpflicht.

Cultus-Ministerial-Erlaß vom 16. December 1892, beziehungsweise böhm. Statthalterei-Erlaß vom 16. Januar 1893, Nr. 740 an die Bezirkshauptmannschaften.

Ueber die Frage, ob bei Entscheidungen über die Bauconcurrenzpflicht der Pfarrbeneficiaten die gegenwärtige, mit dem Gesetze vom 19. April 1885, R.-G.-Bl. Nr. 17, festgestellte Congrua maßgebend sei, oder ob noch immer die zur Zeit der Erlassung des Pfarrbau-Concurrenz-Normales vom 23. Mai 1806 (Hofkanzleidecreet vom 18. April 1806, §. 22.616 ai. 1805) bestandene Congrua in Betracht zu kommen habe, hat Seine Exzellenz der Minister für Cultus und Unterricht laut des dem Herrn k. k. Bezirkshauptmann mit dem Statthalterei-Erlaß vom 2. März 1888, §. 18.527 (Normalsien-Sammlung Nr. 392) zur Vornachachtung bei Fällung von Concurrenz-erkenntnissen in Pfarrbauangelegenheiten mitgetheilten Erlaß vom 23. Februar 1888, §. 12.286 ai. 1887 sich dahin ausgesprochen, daß nach seiner Auffassung unter den Ausdrücken „canonische Portion“ und „Congrua in dem citierten Concurrenz-Normale“ nicht die damalige Congrua als fixer Betrag, sondern die jeweilige gesetzliche Congrua zu verstehen ist.

Gegenwärtig hat jedoch Seine Exzellenz der Herr Minister für Cultus und Unterricht mit dem Erlaß vom 16. December 1892, §. 6835, anher zu eröffnen befunden, daß Hochderselbe gegenüber den Ent-

scheidungen des Verwaltungsgerichtshofes vom 9. Januar 1892 und 14. Mai 1891, §. 78 und 1754, gemäß welchen dieser Gerichtshof an der Ansicht festhält, daß unter der in den Absätzen 5 und 6 des Concurrenz-Normales vom 18. April 1806, Polit.-Gesetzsammlung Band 26 Seite 49, Nr. 31 erwähnten canonischen Portion nur die zur Zeit der Erlassung dieses Normales in Geltung gestandene Congrua verstanden werden könne, nicht mehr in der Lage sei, die im oben angeführten hohen Erlaß vom 23. Februar 1888, §. 12.286 ai. 1887 zum Ausdruck gebrachte Auffassung zur Geltung zu bringen.

Gleichzeitig hat Seine Exzellenz der Herr Minister darauf aufmerksam gemacht, daß im Uebrigen nach dem Wortlaute des citierten Normales („von ihrem Beneficium“) nicht das Gesamtinkommen des Pfründners (einschließlich der etwaigen Congrua-ergänzung aus dem Religiousfonde), sondern nur das sogenannte Localeinkommen bei der Bemessung des Concurrenzbeitrages in Betracht zu ziehen ist.

Hievon seze ich den Herrn k. k. Bezirkshauptmann zur genauen Vornachachtung in künftigen Fällen in die Kenntniß.

61.

Verordnung des Finanzministeriums vom 4. August 1893,

betreffend die Gebührenpflicht von Urkunden, mit welchen das Pfandrecht an unbeweglichen Sachen bei unverändertem Fortbestande der Pfandsforderung theilweise aufgelassen wird.

1. Urkunden, wodurch das Pfandrecht an unbeweglichen Sachen bei unverändertem Fortbestande der Forderung theilweise aufgelassen wird, unterliegen in der Regel nach T.-P. 101, I. A des Gesetzes vom 13. December 1862 (R.-G.-Bl. Nr. 89) der Gebühr nach dem Werthe der Pfandsforderung und Scala II. Ist aber erwiesenermaßen der Werth der von der pfandrechtlichen Haftung befreiten Sache geringer als der Werth der Pfandsforderung, so ist die Scalagebühr nach dem Werthe der Sache zu bemessen.

2. Erklärungen, durch welche das Simultanpfandrecht in der Art aufgehoben wird, daß die Pfandsforderung auf die einzelnen Pfandgüter aufgetheilt wird, so daß nunmehr ein jedes der Pfandgüter für einen anderen Theil der Forderung haftet, unterliegen, sofern der Werth eines jeden dieser Pfandgüter höher ist, als der infolge der Aufhebung der Simultanhaftung darauf haftende Forderungstheilbetrag — nicht der Gebühr nach Scala II, sondern nach T.-P. 101, I. B. des Gesetzes vom 13. December 1862 (R.-G.-Bl. Nr. 89) der festen Gebühr von 50 kr. von jedem Bogen.

3. In den Fällen, in welchen die theilweise Aufgebung eines Hypothekarrechtes sich lediglich als ein Consens zu dem Rechtsgeschäfte einer dritten Person darstellt, unterliegt die Auflassungserklärung, wenn nicht nach Scala II eine mindere Gebühr entfällt,

nach T.-P. 34, b des Gesetzes vom 9. Februar 1850 (R.-G.-Bl. Nr. 50) der festen Gebühr von 50 kr. von jedem Bogen, sofern das sichergestellte Forderungsrecht unverändert fort dauert und der Werth der Sache, auf welcher das Pfandrecht fortbestehen soll, nach Abzug der auf derselben der sichergestellten Forderung etwa vorausgehenden Lasten, nicht unter den Werth dieser Forderung herabsinkt.

Die Gebührenbehandlung von Pfandrechtsauflassungen als Consense im Sinne des vorstehenden Absatzes hat, unter der Voraussetzung der in demselben angeführten Bedingungen, insbesondere einzutreten:

bei Bewilligungen der Tabulargläubiger zur lastenfreien Veräußerung von Theilen eines Grundbuchsförpers, und

bei Bewilligungen der Tabulargläubiger zur Löschung ihrer Pfandrechte ob einer oder mehreren der für ihre Forderungen haftenden Simultanhypotheken zum Behufe der lastenfreien Veräußerung der freigelassenen Hypotheken. Die Nachweisung der nach den vorstehenden Bestimmungen die Befreiung von der Scalagebühr begründenden Umstände liegt, soferne diese Umstände nicht in der Rechtsurkunde über die Pfandrechtsauflassung deutlich ausgedrückt erscheinen, der das mindere Gebührenaussmaß ansprechenden Partei ob.

62.

Mäßigkeit-Verein.

In der Pfarre Rovte, im Decanate Vrhnika, ist ein Mäßigkeit-Verein ins Leben getreten, welcher hiermit als canonisch errichtet erklärt wird.

Dieser Verein hat zur Gewinnung des vollkommenen Ablasses das Fest der Unbefleckten Empfängniß Mariens (8. December), und zur Gewinnung des Ablasses von 7 Jahren und 7 Quadragesen das

Fest des hl. Joseph (19. März) und die ersten drei Quatember-Sonntage des Jahres gewählt.

Die canonische Errichtung dieses Mäßigkeit-Vereines ist im resp. Verzeichnisse der Vereins-Mitglieder in der, in dem Diözesanblatte VIII, S. 87 de 1887, mitgetheilten Form anzumerken.

63.

Einsadung zur Einsendung der periodischen Eingaben und anderer Ausweise.

Die hochwürdigen Herren Decanats-Curaten wollen von dem zu Ende gehenden Solarjahre 1893 folgende periodische Eingaben und andere Ausweise an die betreffenden Decanatsämter, und diese an das fb. Ordinariat einsenden, und zwar:

1. Die Angabe der Seelenzahl jeder einzelnen Curazie.
2. Den Bedarf an Directorien und Schematismen für das Jahr 1894.
3. Den Ausweis der Bevölkerung nach der Religionsverschiedenheit.

4. Die Angabe allfälliger Abänderungen in der Poststation oder Postexpedition, zu welcher die einzelnen Curazien des Decanats gehören; dann die Angabe der Telegraphenämter.

5. Die Angabe der geistlichen Bezirks- und Ortschul-inspectoren.

6. Die Angabe etwaiger Defekte, welche im heutigen Diözesan-Schematismus vorkommen und der Daten, welche zur vervollständigung des Local-Index dienen.

64.

Concurs - Verlautbarung.

Die vacante Religionsfondspfarre Javor, im Decanate Šmarije, die Pfarre Draga, im Decanate Ribnica, welche dem Patronate des Allerhöchsten Landesfürsten untersteht, und die Pfarre Trebelno, im Decanate Trebnje, werden behufs Neubesetzung zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche darum sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain zu Laibach zu stitifzieren.

Überdies wird die durch Besförderung erledigte Pfarre Bohinjska Bistrica, im Decanate Radovljica, zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese Pfarre sind an die öblische Zuhaltung des Patronatsgutes Veldes zu richten.

Endlich werden noch die neuerrichtete bischümliche Collations-Pfarre Štanjel, im Decanate Vipava; die Pfarre Želimlje, im Decanate Ljubljana, und die Pfarre Naklo, im Decanate Kranj, zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um Štanjel sind an das hochwürdigste fürst-bischöfliche Ordinariat in Laibach, um Želimlje an die wohlbüliche Zuhaltung der Herrschaft Auersperg und um Naklo an das hochw. Domcapitel in Laibach zu stitifzieren.

Peremptorischer Competenztermin 31. October 1893.

65.

Chronik der Diöcese.

Die canonische Investitur erhielten die Herren: Franz Kregar auf die von ihm bisher administrierte Pfarre Javore, am 15 Sept.; Franz Rihar, Pfarrcooperator in Železniki, auf die Pfarre Mlini am 18 September, und Johann Safer, Pfarrer in Grabovo, auf die Pfarre Doplje am 2. September 1893.

Dem Herrn Johann Mesar, Pfarrer in Boh. Bistrica, wurde die Pfarre Smartin bei Kranj und dem Herrn Michael Barbo, die Pfarre Šmarjeta verliehen.

Das hohe k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht hat die zweite Religionslehrerstelle am Staats-Obergymnasium in Laibach dem bisherigen Professor am Staats-Untergymnasium in Laibach, Herrn Thomas Zupan verliehen.

Herr Dr. Josef Lesar, fb. Confessorial-Rath und theolog. Professor, wurde zum Director des Collegium-Aloysianum in Laibach, und Herr Johann Renier, Pfarrcoop. in Tržič, zum Spiritual dieser Anstalt ernannt.

Dem theolog. Studien-Präfekten, Herrn Josef Debevec wurde die Aufnahme in das k. k. höhere Priesterbildungsinstitut bei St. Augustin in Wien gewährt.

Herr Johann Beve, Pfarrcoop. in Stari Trg pri Ložu, wurde in den zeitlichen Ruhestand versetzt.

Versetzt wurden die Herren: Josef Gregorič, Pfarrcoop. in Trebelno, als solcher nach Sv. Trojica; Johann Globelnik, Pfarrcoop. in Sv. Trojica, als solcher nach Trebelno; Johann Soukup, Pfarrcoop. in Hrenovice, als solcher

nach Unter Idria, und Martin Nemančić, Pfarrcoop. in Unter-Idria, als solcher nach Hrenovice.

Angetestet wurden die neuangewiesenen Priester: Johann Mersnik als Pfarrcooperator in Horjul, Johann Terpin als II. Pfarrcooperator in Tržič und Franz Božič als Pfarrcooperator in Železniki.

In das Diöcesan-Clerical Seminar wurden neuaufgenommen folgende absolvierte Gymnasialschüler: Johann Baloh aus Spodnja Šiška, Johann Capuaer aus Moravče, Anton Drab aus Dračice, Josef Epich aus Mitterdorf bei Gottschee, Anton Golf aus Stari Trg pri Ložu, Adalbert Hyvášek aus Ružena, Alvis Janovský aus Malšeč bei Tabor, Anton Jarec aus Novo Mesto, Anton Jerič aus St. Vid pri Zatičini, Johann Klemenc aus Brzovec bei Laibach, Eugen Lampe aus Metlika, Johann Medić aus Šiška, Johann Mlakar aus Železniki, Franz Neubauer aus Mirna, Valentim Oblak aus Mayčice, Franz Oranič aus Križe pri Tržiču, Jakob Ramovš aus Smlednik, Josef Reisner aus Ljubljana, Franz Rozman aus Kostanjevica, Johann Sever aus Škofja Loka, Johann Smukavec aus Bohinjska Bistrica, Andreas Siraj aus Bloke, Franz Senima aus Radomilje in Böhmen, Hubert Zavšnik aus Kranj, Bernhard Zupan aus Kropa, Johann Žavbi aus Blagovica.

Gestorben sind die Herren: Oswald Prosen, Expositus in Trboje, am 4. September, Anton Namre, pens. Pfarrer in Smartin unter Großfahlenberg, am 13. September, und Franz Rome, Pfarrer im Naklo, am 27. September 1893.

Vom fürstbischoflichen Ordinariate Laibach am 19. September 1893.